

der guten Disciplin war und sein wird,¹⁾ erlitt diese wieder Einbusse. Die neue unglückliche Einrichtung des sog. Peculium trug selbst dazu bei, dass das Stift in langdauernde materielle Noth gerieth; doch dies gehört erst einem spätern Theile unserer Geschichte an.

Regesten zur Geschichte des Cistercienserstiftes Goldenkron 1560—1660.

Mitgetheilt von Ferd. Tadra.

Im X. (1890) Jahrgang d. Z. (S. 35) haben wir unter dem Titel »Das Stift Goldenkron zu Anfang des 30jähr. Krieges« einen Abschnitt aus der handschriftlichen Klosterchronik, die uns in dem Codex II. D. 42 der Prager k. k. Universitäts-Bibliothek erhalten wurde, mitgetheilt. In derselben Handschrift, die allerhand »Memorabilia abbatiae S. Coronae« enthält, findet man auch ein ausführliches Verzeichnis der im Archiv des Stiftes Goldenkron befindlichen Urkunden und Briefe aus den Jahren 1600—1646 verbunden mit Auszügen aus dem Hohenfurter Memorabilienbuch und anderen Anmerkungen des Verfassers.

Eine andere Prager Handschrift, die ebenfalls »Memorabilien von Goldenkron« und darunter auch ein Regestenbuch zur Geschichte des Stiftes enthält, ist der Codex XV. D. 7. Die Regesten (auf fol. 120—197) umfassen den Zeitraum von 1263—1674.

Die Goldenkroner Urkunden für die Zeit von 1263—1560 sind herausgegeben in dem »Urkundenbuch des Cistercienserstiftes Goldenkron« von M. Pangerl (Fontes r. austr. II. Bd. 37).

Für die folgenden Jahre (nach 1560) ergänzen einander die beiden genannten Regestenverzeichnisse und wir haben die für die Goldenkroner Klostersgeschichte wichtigeren Regesten aus beiden geordnet und zusammengestellt.

Die Zeit von 1560—1660 bedeutet für das Kloster die Periode des grössten Verfalles: es zählte zeitweilig nicht einmal so viele Mitglieder, um die Wahl des Abtes vornehmen zu können. Die Klostersgüter, schon früher von den Rosenbergnern dem Kloster grösstentheils entzogen, wurden mit der Herrschaft Krumau ver-

¹⁾ Vgl. Dionys. Carthus. De reform. art. 16: „Ex proprietate seu peculio tanquam ex venenosa radice multa peccata proveniunt. — Wolter, Praecipua ordinis monastici elementa pag. 243 sqq.: (Peculium) ostium est, quae, quae per votorum portam ejecta fuit, rursus subintrare solet proprietatis, pestis ista coenobiorum, sacrilegium nefandum ac manifestum perjurium, quod s. Concilia tot perculerunt anathematis etc. Ebd. zahlreiche Belegstellen.

einigt und übergiengen von dem letzten Rosenberger 1602 durch Verkauf der Herrschaft Krumau an den Kaiser und 1622 durch Schenkung an die Familie der Fürsten von Eggenberg. Das Verhältnis des Klosters zu den Herrschaftsbesitzern und deren Beamten gestaltete sich nichts weniger als freundlich. Die schreckenvolle Zeit des 30jährigen Krieges brachte auch dem Kloster viel Unheil. Ueber die Plünderung durch Mannsfeldische Truppen 1620 haben wir in dem eingangs erwähnten Artikel berichtet. Im J. 1641 floh der Abt mit den Conventualen vor dem heranrückenden Feinde nach Schlegel. Im Verlaufe des Krieges hatte das Kloster an Krieg-contributionen und Proviantlieferungen das möglichste bis zur Erschöpfung geleistet. Die vielen Quittungen über Geld und Proviant, die sowohl an die einzelnen Truppencommandanten als an die kaiserl. Steuer- und Provianteinnehmer geliefert wurden, haben wir gänzlich ausgelassen, dieselben würden mehrere Seiten d. Z. füllen.

Ein grosser Theil der hier mitgetheilten Regesten berührt den Kampf der Aebte von Goldenkron um die Unabhängigkeit des Stiftes von der Herrschaft Krumau und dem Hauptmann daselbst, sowie wiederholte jedoch fruchtlose Versuche derselben, die Güter des Stiftes zurückzuerwerben. Andere Einzelheiten wollen wir hier nicht anführen und verweisen auf die folgenden Regesten selbst.

Erwähnt sei noch, dass die in den beiden Verzeichnissen beschriebenen Urkunden und Briefe jetzt an verschiedenen Orten sich zerstreut vorfinden — wenn sie überhaupt noch existieren. Die grösste Zahl ist wohl nach der Auflösung des Klosters in die k. k. Prager Universitäts-Bibliothek gelangt.

Regesten.

1562, 11. Novembris. Joannes abbas Coronensis vendit villam Wlkianam in Weixl Alexandro Skalka ex Grünberg, capitaneo domini Crumloviensis, cum consensu Wilhelmi Rosensis pro 60 sexag. misn.

1565, 13. Novembris. Joannes Milek abbas S. Coronae rogat burgravium Crumloviensem, ut duos subditos monasterii ob inobedientiam arrestatos dimittat.

1568. Abbas neoelectus Georgius Taxer cessit Rosensibus pagum Melhütel seu Lhottam.

NB. Hic Georgius, si abbas fieri voluit, coactus est illis dictum pagum cedere, nam ea die qua electus est ipsimet Rosenses ad librum fundi inscripserunt hanc cessionem et nominant illum priorem et electum abbatem.

1570. Wilhelmus de Rosis mandat omnibus iudicibus vicinis, ut serio invigilent, ne quid in pagis de annona aut victualibus vendatur advenis, sed ut omnia Crumlovium ad statutos dies fori vehantur et hoc ut parochi ex cathedra promulgent, ne se quis de ignorantia excuset.
1572. Georgius abbas vendit villam Valentae in Przisnitz Theodorico Slatinsky (libro fundi ad hunc annum).
1581. 10. Aprilis. Contractus emptae villae Kyssele in Przisnitz, quam dominus Melchior Holderle a d. Theodorico Slatinsky redimit.
1583. Dominus cancellarius arcensis scribit ex mandato sui domini de Rosis Rev. d. Melchiori, ut demandet parochi Cajoviensi, quatenus constituat homines ad fodienda sepulchra, ut propter grassantem Crumlovii pestem eo allati quantocius sepeliantur.
1593. 28. Augusti. Generalis Cisterciensis Edmundus confirmat canonicè electum Melchiorem Hölderle abbatem S. Coronae.
1595. Februar. Rudolphus II. constituit d. Melchiorem abbatem s. Coronae commissarium ad cognoscendam litem ratione horti inter Dominicanos et praefectum monetæ Budvicii.
1596. 29. Julii. Petrus de Rosenberg inculcat abbati S. Coronae et demandat, ne quid novi super monasterium (quod suum vocat) inducat, multo minus quid de proventibus monasterii pro sustentatione alumnorum sine scitu contribuat.
1597. 2. Maii. Petrus de Rosis petit 6 vecturas ex dominio S. Coronae respectu solutionis pro glebis metallicis Crumlovium devehendis.
1598. 24. Aprilis. Petrus de Rosis praesentat Wolfgangum Magroberle pro parochia Calschingensi, ut ab abbate tanquam collatore, si illum idoneum invenerit, confirmetur.
1599. 21. Januarii. Petrus de Rosis rogat abbatem S. Coronae, quatenus demandet subditis monasterii, ut viam circa Rajoviam reparent.
1600. 11. Septembr. Petrus Rosensis, frater Wilhelmi et successor haereticus vivens vendit dominium Crumloviense caesari Rudolpho II. reservato sibi usufructu ad dies vitae simul cum bonis S. Coronae
- 14. Octobris. Joannes Georgius de Schwamberg pro se et sua familia insinuat se apud caesarem Rudolphum II. et excusatum haberi rogat, quod contractui, quem d. Petrus Wok de Rosenberg cum Sua M^{te} et comite Joanne de Serin iniiit, odpor ponere compellatur.

- 1601, 1. Februar. Domini de Schwamberg ponunt odpor contractui circa dominium Crumloviense dd. 1600, 17. Februar. Ex tabulis regni in quaterno Memorab. albo consperso 1600 die Mercurii post s. Mathaeum lit. H. 27. Copia authentica habetur ex tabulis in archivo monasterii.
- Aprilis. Petrus de Rosis petit 30 fortes possessionatos Coronenses, ut fluvium Trebonensem evacuare juvent, solutionem et cibum promittit. Petit ex consequentia, quia dicit, quod fratre suo in constructione et fossione illius fluvii omnes possessionatos illorum loco alios monasterium mittere debuerit.
 - 5. Junii. Petrus Wok de Rosis petit vecturas respectu solutionis pro avehenda siligine contra Turcam militantibus.
 - 7. Junii. Petrus de Rosis ratione viae Rajovium scribit, ut in emendanda illa subditi Coronenses in vehendis lignis adiuvent et quod nemo illa via praeter se debeat pergere.
 - 23. Julii. Abbas Melchior Hölderle suo affini mittit Pragam 30 sexag. misn. e carcere et a morte liberato.
 - 17. Octobris. Rudolphus II. emit a Petro Wok Rosenberg dominium Crumloviense ad usum immediatum, ubi venditur itidem monasterium S. Coronae cum suis pertinentiis caesari.
- 1602, 3. Februar. Petrus de Rosis desiderat praesentiam abbatis Crumlovium propter aliqua necessaria colloquenda.
- 8. Februar. Petrus de Rosis petit 12 currus a monasterio pro devehendo vino Trebonam.
NB. Forte migrabat tunc Crumlovio.
 - Martius. Dominica Judica Petrus de Rosis invitat abbatem ad sepulturam suae conjugis Altovadi sepeliendae rogatque, ut corpus defunctae uxoris Crumlovio Altovadum comitetur.
 - 12. Septembr. Mandatum a Rudolpho II. ratione provisionis Bonaventurae sui musici altistae ipsi praestandae in S. Corona, ubi appellat caesar »Unser Stifft.«
 - 28. Decembr. Welleschinenses dant relationem, qualiter Jan Schmattawecz cum parocho Weleschinensi domunculam suam permutaverit et mittunt 12 sexag. veruncarum Reverendissimo.
- 1603, 20. Januar. Cassatur a Rudolpho II. imperatore telonium in ponte Rajoviensi. Hoc fuit factum ad instantiam senatus Crumloviensis, sed de novo super hoc abbas Melchior supplicavit Suae M^{ti}.
- 2. April. Supplicatio Melchioris Hölderle ad imperatorem ratione debiti Freystadensis. Debitum hoc se extendit ad 3000 fl.
 - 3. April. Abbas Melchior Hölderle habens cum Crumloviensibus diversionem ratione telonii in ponte Rajoviensi (tunc enim sal Freystadio Budvicium vehebatur), negotium suum comittit Pragam sollicitatori et si alius modus non juverit, commissionem ad rem decidendam a caesare petendam innuit.

1603, 14. April. Melchior abbas supplicat ad caesarem contra cassationem telonii ex ponte Rajoviensi revocando in mentem caesari motiva, ob quae ante illud telonium concesserat.

— 28. Maii. Mandatum Rudolphi II. pro capitaneo provinciae, demandat, ut Freystadenses illa 2000 fl. ad pias causas legata et in aedificium monasterii ordinata abbati S. Coronae solvere compellat.

— 8. Junii. Rudolphus II. permittit, ut Melchiori Hölderle quis ex statibus concedat 500 sexag., quas per modum contributionis contra Turcas dare debet.

NB. Instrumentum hoc repetebat camera post a. 1607, ipse vero abbas mutuo nihil acceperat, sed nec has remisit.

— 12. Julii. Melchior abbas supplicat ad Suam M^{tem}, quod impossibile sit, pendere 500 sexag. misn. in subsidium contra Turcas ob nimiam paupertatem monasterii, ut itaque excusatus habeatur petit.

— s. d. Melchior abbas scribit, cum ex mandato Suae M^{tis} 500 sexag. alibi emutuandis succurrere debeat, ut pro interim talem summam a mercatoribus Lincium brevi ad nundinas perreكتورis affinis suus Christophorus mutuo accipiat, quibus dein prope monasterium transeuntibus concessa pecunia solvi poterit, informat modo, quod ex mandato camerae negotium telonii in suspenso manere debeat, quod mandatum modo capitaneo provinciae communicavit. Rogat etiam affinem suum, ut in promovenda causa telonii diligens sit.

— 2. Octobris. Desideratur praesentia Melchioris Hölderle Trebonae a Petro Wok Rosensi propter quaedam conferenda, quorum notitiam praesens experietur.

— 19. Octobr. Consilium d. capitanei Crumloviensis ad Boemicam cameram, ut permittatur cursus aquae per medium piscinae in Longbruck, sed ut sumptibus abbatis non deficiat aqua molae caesareae. Rivus ad molam illam dicitur habere 2300 passus in longum.

1604, Martius. Gulielmus Slavata invitat abbatem Melchiorem Hölderle pro funere sui avunculi defuncti Novam Domum.

— 7. Septembr. Rudolphus II. mandat capitaneo Austriae, ut ratione debiti, quod habet monasterium Freystadii, nempe 3000 fl., sit magis sollicitus et compellat Freystadiensis ad solvendum.

— 29. Octobr. Capitaneus mandat Freystadensibus, ut debitum solvant abbati S. Coronae terminis consvetis.

(Dilationem ab aula impetraverunt.)

1605, 24. Maii. Supplicatio Melchioris Hölderle ad Suam M^{tem}, qua evertit nuper datum consilium capitanei Crumloviensis, scilicet ut rivus per medium piscinae Longopontensis fluere

- permittatur, sed abbas ut suis sumptibus procuret, ut molae ad piscinam sitae aqua non deficiat et commissarios ordinari petit, qui damnum oculis cernant inde emanans et Suae M^{ti} relationem faciant.
- 1607, 26. Martii. Jacobus Mollart baro et capitaneus Superioris Austriae, citat Freystadenses ad se Lincium ad 19. Aprilis horam 8. antemeridianam ob debitum abbati S. Coronae.
- 9. Decembr. Invitat Petrus Wok de Rosis abbatem Melchiorem Trebonam ad conferentiam.
- 1608, 17. Maii. † Melchior abbas S. Coronae.
- 19. Maii, Inventarium monasterii S. Coronae post mortem d. abbatis Melchioris Hölderle.
- 1609, 2. Aprilis. Contractus inter d. Valentinum abbatem et Adamum Mizel murarium in causa renovandorum tectorum ecclesiae maioris et braxatorii per 95 sexag. 6 modios sili-ginis, 1 pisorum, 1 hordei, 20 sextarios butyri, 8 urnas raras cerevisiae et pro persona dicti murarii quotidie cibos et 2 pinetas cerevisiae.
- Hoc anno Valentinus abbas aedificavit sacristiam superiorem penes parvam ecclesiam, fornicem pro choro, atriolum ante ingressum chori et turriculam, in qua per cochliam ascenditur sub tectum ecclesiolae.
- September. D. Sigismundus Turnowsky, capitaneus arcis Crumloviensis, monet dominum Schönbek, ne in Wolssina seu Langbruck curet propinari cerevisiam monasterii in damnum Suae M^{tis}.
- 1610, 27. Maii. Carolus archiepiscopus Pragensis excommunicationis et suspensionis fulmen in d. abbatem S. Coronae latum vult, ut decanus Crumloviensis valvis ecclesiae appensum continuet, usque dum revocetur a se ipso.¹⁾

¹⁾ Ueber die Ursache dieser Excommunication lesen wir in einer Goldenkroner Klosterchronik nachstehendes: Anno 1609, 13. Decembris obiit D. Antonius Flammingus, abbas Aulae Regiae et vicarius generalis, per cuius mortem magnum incurrit Valentinus infortunium. Nam a caesare repetitis vicibus jussus abbas Aulae Regiae esse et per commissarios eiusdem Anno 1610, 6. Februarii ibi introductus a religiosis illius loci (qui sibi Georgium Vrat interim elegerant) praecclusis portis nullatenus est susceptus, quin potius gravibus calumniis affectus et infamatus apud nuncium apostolicum (ad quem omnes relieto monasterio murum quendam transcendentem Pragam confugerant, nec ad mandatum caesaris reverti volebant) fuit. Insuper eo quod saepius a nuncio apostolico citatus juxta inhibitionem a camera regia factam non comparuerit, publica excommunicatione, quae valvis ecclesiarum Pragae affixa fuit, est fulminatus et, si famae et historiae Sedlicensi credendum, apud S. Josephum in templo Capucinorum solemniter post tres menses vel quatuor fuit absolutus, fuitque ipsius excommunicatio de mandato archiepiscopi per vicarium Crumloviensem etiam vicinis monasterio parochis intimata cum adiuncto: abbatem S. Coronae esse publice excommunicatum, contumacem, membrum ecclesiae putridum ipsamque excommunicationem esse valvis ecclesiarum affixam adeoque ut nemo ipso praesente

- 1610, 24. Julii. Prohibetur per consiliarios camerae regni propinatio cerevisiae in Langenbruck. Item prohibetur ab iisdem venatio, quam Valentinus abbas exercebat. Ille vero petierat per annum 3 cervos et in dedicatione ecclesiae quartam partem maioris ferae, apros vel quid aliud, ad quod ipsi responderetur, ut sit contentus illis, quibus contenti erant ipsius antecessores.
- 27. Septembr. Responsum a d. Valentino Schönpek datum ad cameram, ubi negat, se propinare cerevisiam in Longoponte neque exercere omnimodam venationem et esse demonstrabile, quod antecederet fuerint datae 4 ferae magnae monasterio ab arce Crumloviensi. Deinde accusat praefectum silvarum, quod venetur et iaculetur in barbam abbati penes ipsum monasterium, rogat ipsum corrigi et ut penes antiquum modum circa 4 feras dictas conservetur et apud S. M^{tem}, quatenus in Longoponte cerevisiam propinare possit, pro se intercedant, rogat.
- 25. Septembris. Rev. d. Vrat visitator significat, abbatem S. Coronae ab excommunicatione esse absolutum a nuncio apostolico, sed fratribus Aulae Regiae pecuniam contribuendam pro Rev. d. procuratore ordinis in curia Romana.
- 18. Octobris. Citatur peremptorie Valentinus Schönpek primo Pragae ob negotium urgens, quod sine persona ipsius perfici non potuit a camera.
- 22. Novembris. Valentinus Schönpek Petro Rosensi scribit, quod fecerit querelam ad cameram contra praefectum venatorum et silvarum arcis Crumloviensis, quod consuetas altas feras et ligna monasterio denegat, lepores, vulpes, lupos et volabilia jaculari inhihet, rogatque antiquum modum observari.
- November. Isto anno fuit contributio ex caminis data, venitque monasterio Coronensi dare pro duobus terminis 5 sexag. 20 gr.
- Eodem anno absolvit Valentinus capellam rotundam penes parvam ecclesiam a se in honorem B. V. M. ex fundamento aedificatam, uti in ipsa capella prope tectum in muro numeri annorum Christi in duplo cernuntur. Istam benedixit abbas Georgius Huber.

missam celebrat aut aliud officium divinum peragat. Postquam autem nuncius apostolicus advertisset, mentem caesaris nullatenus mutari, videlicet ad approbandum a conventu Aulae Regiae neo electum et Valentinum inde amovendum, declarationem a Summo pontifice obtinuit, ut neque electus Georgius Vrat, neque intrusus Valentinus Schönpek ad abbatialem dignitatem Aulae Regiae admittatur, sed alius Adamus Vrat nempe Plassensis abbas per conventum eligatur. Quod subodoratus Valentinus propositis Suae M^{ti} quibusdam exceptionibus reditum in S. Coronam, ubi ulteriorem resolutionem exspectaret, impetravit. Abiit itaque Aula Regia (ubi anno integro supra portam ad ingressum monasterii habitaverat) 8. Februarii et ad S. Coronam est reversus etc. . .

1610. Supplicata Valentini abbatis ad Petrum de Rosis, ut intuitu venditorum bonorum S. Coronae aliquid de aliis bonis huic monasterio per modum novae fundationis conferat, sed surdo cantavit fabulam.

1611, 4 Januar. Accusatur organifex, quod contractui non stet de faciendo organo in S. Corona et petitur, ut cum possessionatus non sit per carceres compellatur a senatu Crumloviensi.

Crumlovio aliquis senator Turek indicat, conventionem inter abbatem et Thomam Grewiss organarium annalibus civitatis esse insertam.

— 5. Februar. Supplicatio alicuius viduae pictoris uxoris, cuius maritus videtur aliqua in monasterio laborasse, ad locumtenentes pro intercessione ad abbatem S. Coronae, quatenus solutionem possit accipere ad solvenda debita per maritum suum hinc inde contracta.

— 10. Decembr. Intercedunt praesides camerae pro uxore pictoris, qui in monasterio pingens labore imperfecto obiit et pro labore totius anni 300 sexag. misn. debeantur eidem.

— 20. Decembr. Valentinus abbas scribit ad generalem enarrans tragoediam in electione Aulae Regiae factam, ex qua colligitur, Valentinum a caesare Aulaeregensibus intrusum, apud nuncium apostolicum Praegae ab Aulaeregensibus accusatum, publice excommunicatum, tandem Aula Regia exire compulsum fuisse. Hic ubi purgare se intendit plurimum accusat. Tandem a visitatione electi abbatis Aulaeregensis petit eximi et Sancto-Crucensi vel Alderspacensi submitti.

1612, 3. Januarii. Prima repetitio bonorum S. Coronae post mortem ultimi Rosensis a Sua M^{te} per abbatem Valentinum petentem iudicium Poletitz cum pertinentibus pagis et duabus molis in aggere piscinae Longopontanae et alteram in Rojaw.

1613, 21. Novembr. Leopoldus archidux intercedit apud S. M^{tem} Rudolphum pro restitutione bonorum S. Coronae.

— Valentinus Schönbegk supplicat apud imperatricem, ne ad instantiam Jesuitarum iisdem monasterium S. Coronae tradatur, cumque penes in aliquibus sinistre se delatum suspicaretur, rogat ne fides adhibeatur, in omnibus se purgaturus.

— Decembr. Valentinus ad archiepiscopum Prag. de eadem re; recenset quantum per quinquennium in aedificiis reerexerit et novem religiosos cum summa difficultate induxerit.

1614, 14. Januar. Copia litterarum Leopoldi archiducis ad imperatricem pro intercessione apud Suam M^{tem} conjugem suum, quatenus monasterium S. Coronae bona abalienata possit recipere.

1614, Februar. Copia ex Bohemico sed male translata, qua Valentinus abbas recenset caesari Matthiae, quod supplicans ad gloriosae memoriae caesarem Rudolphum de recipiendis bonis S. Coronae commissarios promissos habuerit, nunc revocat hoc in memoriam et a moderna Caes. M^{te} commissarios de cognoscenda veritate dari supplicat.

— 26. Martii. Comes Slavata promittit juxta possibilitatem suam abbati S. Coronae intercessionem et auxilium penes aulam et mittit abbati copiam intercessionis suae ad filium suum, quae adiacet, ut promoveat petitionem Valentini nempe circa bonorum repetitionem. (NB. Filius eius Guilielmus Slavata videtur fuisse praeses camerae.)

— 26. Martii. Adamus Slavata commendat filio suo et omnibus locumtenentibus abbatem et monasterium S. Coronae.

— 25. Julii. Literae ad d. generalem d. Valentini abbatis, ubi conqueritur contra d. visitatorem abbatem Aulae Regiae. (Ex libro Memorab. Altovad.)

1. Augusti. Valentinus abbas citat abbatem Aulae Regiae visitatorem ad d. generalem. (Ex eodem.)

— 28. Augusti. Mandatum a Rev. d. generali ord. Cisterc., in quo abbas Aulae Regiae p. t. visitator suspenditur a visitatione et reformatione S. Coronae eo quod in eam visitando excesserit. Fuit accusatus a Valentino Schönbek.

— 8. Septembr. Petunt tres novitii germanico idiomate, ut ipsis aliquis certus magister deputetur, qui illos in iis, quae ordinis sunt, instruat.

— 19. Septembr. Copia literarum Valentini abbatis ad abbatem Aulae Regiae, qua se declarat esse exemptum ab eiusdem visitatione et subiectione. (Ex eodem.)

— 25. Novembr. Citatur Valentinus abbas Pragam ad officium burgravii ratione persolvendi debiti 300 sexag.

— Decembr. Valentinus abbas circa annos 1612, 1613, 1614 respondet super accusatione, uti videtur a d. visitatore facta, Rev. domino generali: 1. Super eo quod dicatur contemptor regulae; 2. de servata suspecta muliere et virilem sexum aliquando mentita; 3. de dilapidatis bonis monasterii Sedlicensis; 4. de contractis debitis in monasterio Sedlicensi; 5. super affectata abbatia Coronensi et Aulaeregensi; 6. quod saecularibus donaverit possessiones; 7. super eo quod accusetur, fratrem germanum necasse.

Ad instantiam cardinalis a Ditrichstein episcopi Olomucensis consensit generalis ordinis, ut loco istorum 12 fratrum Zarae forte alendorum mille sexagenae pro alendis juvenibus in Collegio germanico Romae exhiberentur, confirmante id Matthia imperatore.

1615, 7. Januar. Caesar Matthias cedit collaturam Crumloviensem et collegium ibidem Patribus S. J. iam pridem haec videlicet Anno 1590 et 1591 eis a quondam d. Wilhelmo de Rosenberg data et tabulis regni inserta, sed antecessori suo Rudolpho II. erronee a Petro Rosensi per insertionem ad urbana tradita.

NB. Similem fraudem Petrus Rosensis fecit cum bonis S. Coronae, uti alias constat. Ex tabulis regni in quaterno Memorabilium albo consperso Anno 1600 die Mercurii post S. Matthaem lit. H. 27. per modum juxtae adscriptum.

- 14. Decembr. A Crumloviensi senatu litterae Valentino abbati, ut subditis inhibeat, ne victualia coempta per vias ignotas, uti fecerunt, e regno veherent. Sic enim in comitiis regni conclusum erat.

Ad inhumanum hoc scriptum acriter rescribit d. Valentinus.

Directorium ordinis Cisterc. typis monasterii S. Coronae impressum in Bohemia.

1616, 1. Januarii. Nicolaus Buecherat abbas Cistercii generalis mandat, ut omnes abbates Bohemiae et eidem incorporatarum provinciarum 21. Februarii anni eiusdem Pragmae compareant. Tunc Schönbek 10 religiosos habuit, uti breve visitationis venturae continet.

Capitulum provinciale celebratum Pragmae in aedibus monasterii Aulae Regiae praesidente d. Nicolao Buecherat generali ordinis.

- 13. Martii. Generalis Nicolaus ord. Cisterciensis Bucherat approbat resignationem Valentini abbatis Schönbegek et ei annuam pensionem 200 talerorum ex S. Corona assignat praecipiendo, ut in aliquo monasterio ordinis nostri locum sibi eligat infra festum S. Joannis Bapt. Data Altovadi.
- 16. Martii. Idem generalis attestatur, quod Georgium Hueber in abbatem S. Coronae deficiente ad electionem numero fratrum cum consilio abbatum huius vicariatus elegerit et imposuerit. Data Altovadi.
- Aprilis. Georgius Hueber scribit d. visitatori, quod Valentinus Schönbeck audiens adventum ipsius cum abbate Wellehradensi duobus curribus supellectili aucta aufugerit Welleschinam, Sonbergam ad haeticos Hockianos, inde Swietlam abiisse. Demum rogat sibi procurari a Sua M^{te} confirmationem.
- 1. Maii. Confirmatio Georgii Hueberi a Sua M^{te}.
- 21. Junii. Decretum per Suam M^{tem} ex consilio Bohemico, quo demandatur Georgio abbati, ut nullam pecuniam Valentino Schönbeck abbati sine speciali mandato caesareo extradat.

1616, 29. Augusti. Aliquis secretarius Praga scribit Georgio, qui sinistre delatus fuisse videtur apud proceres, consolatur etiam illum, quod se nonnulli ex proceribus patronos futuros adpromittant. Ex his colligitur, fuisse periculum amotionis.

- 8. Novembr. Abbas Aulae Regiae scribit Georgio Huebero, placere sibi promptam voluntatem de mittendis ad studia Pragae fratribus et apud aulam hoc maxime laudari, quod ad scientiam promoveant. Dicit se cum p. regente convictus concordasse, ut pro singulis suis 60 sexag. tantum suscipiat. Praeterea dicit, d. Georgium Hueber malam laudem in aula habere ob duo vitia, videlicet ob frequentes computationes usque ad ebrietatem et ob plus quam nimiam conversationem cum cuiusvis generis hominibus; adeoque monet, ut haec caveat.

Georgius abbas rescribit visitatori, negando vera esse, quae sibi obiiciuntur. Petit consilium, quid agere debeat, siquidem Valentinus quondam abbas venturus ad S. Coronam exspectatur.

1617, 6. Octobris. Scheda confessionis Joannis Christophori Paccman conversi a luteranismo. Fuit parens germanus Bernardi Paccman abbatis S. Coronae.

- 29. Octobr. Camera scribit ad arcem Crumloviensem, ut ab abbate Coronensi Georgio non requirant debitum restantiarum contributionalium, quas antecessor suus Valentinus Schönbeck fecit, sed quod ei utpote solvere non valenti condonentur. Quas literas vidimavit ipsemet d. Turnowsky, tunc capitaneus caesareus Crumlovii et nobis dedit.

Georgius abbas scribit visitatori, quod juxta prophetiam Schönbeck conventus decreverit usque ad 4 personas, nam tres professi clam fugerant. Pecuniam in auro, quam Schönbeck petit et d. visitator dari mandat, esse inhibitam duplici caesareo decreto.

(Continuatur.)

Stellung Leopolds III. (1365—1386) von Oesterreich zum grossen abendländischen Schisma.

Von P. Adelgott Schatz, O. S. B. (Marienberg), approb. Lector der Kirchengeschichte.

Im Jahre 1378 waren die zwei höchsten Machthaber der irdischen Welt vom Schauplatze ihrer Wirksamkeit abgetreten; am 27. März verschied Papst Gregor XI. (1370—1378), dem am 29. November Kaiser Karl IV. ins Grab nachfolgte.